

milite Cûnrado allodium, quod habebant in Okozzeshusin, ad ipsum altare dotis nomine contradiderunt, ipsum preterea altare quasi dotalibus instrumentis et sponsalibus operimentis celesti sponso decenter ornaverunt hoc statuentes, quod in anniversaria obitus ipsorum commemoratione de prefato predio, quod triginta solidos habet exsolvere, viginti solidi fratribus in solatium refectionis proveniant, utilitati autem sacerdotis, qui ex per- 5 missione tamen fratrum divina inibi celebraturus est, nullo in hac parte heredibus proprietatis iure delegato, reliqui decem solidi perenni iure deserviant. Post aliquantulum vero temporis fratribus loci illius haut incongrue visum est factum hoc labente temporum curriculo ex facili posse cedere in irritum, si utpote minus in se solidum ea mea delegatione et meę delegationis attestazione suę stabilitatis non contraxisse exordium. Enim- 10 vero, in quorum ditione naturę conditione subsistere habent homines, de eorundem quoque potestativa donatione ipsis inconsultis iure gentium ipsorum nequeunt emancipari facultates. Divino igitur instinctu ammonitus et fratrum ecclesię illius exoratus imperfectioni perfectionem super addidi et cum coniugali mea ligno dominicę crucis, quod inpresentiarum ibi vidi, in cuius quoque honore prenominatum altare dedicatum est, prefatum predium 15 ad prefatos usus benigne obtuli et devote contradidi et hanc traditionem inscriptione firmavi et inscriptionem sigilli mei inpressione roboravi. Obtestor itaque in domino vos, o filii mei dilectissimi, et omnes, quos per legales instrumentorum diffinitiones heredes^{a)} habiturus sum, ut hoc, quod tam pro mea quam pro omnium vestrum salute deo^{b)} devotus obtuli, apud vos non cedat in irritum, quin immo et ipsi vos divinitus inspirati de facultatibus vestris deum honorate, quia, qui in inmodico temporalium bonorum usu frequenter excessimus, oportuno valde est, ut de eorundem quoque temporalium bonorum frequentibus impendiis domini et dei ecclesias venerabiliter honoremus, alioquin dum cinis erimus et cives vermes habuerimus, in fletu et stridore dentium de aquis nivium ad calorem nimium potentes^{c)} potenter tormenta sustinebimus. 25

(S.J.)

460.

Erzbischof Wichmann zu Magdeburg bestätigt dem Kloster zum neuen Werk in Halle verschiedene Gerechtsame und Besitzungen, unter welchen auch Güter vom Grafen Heinrich von Wettin vorkommen. — Zeugen: Die Markgrafen Otto und Dietrich, sowie Graf Dedo. Halle, 1182 Febr. 14. 30

Hdschr.: Or. Perg. Staatsarchiv Magdeburg. Das hinten aufgedruckte S. verloren. Phot. H. St. A.

Gedr.: Dreyhaupt, Saalkreis 1,725. v. Mülverstedt, Reg. archiep. 1652.

Anm.: Der größere Theil der Zeugen findet sich auch in der folgenden No. 461.

† :In nomine sanctę et individue trinitatis. Wichmannus dei gratia sanctę Magdeburgensis ecclesię archiepiscopus omnibus Christi fidelibus tam futuris quam presentibus. 35

459. a) diffinitiones übergeschrieben. heredes auf Rasur von ffinitiones. b) deo übergeschrieben. c) potentes übergeschrieben.